



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Sententia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

impletorum, vel sufficit inchoasse, *c. literas, de sponsalibus*. Covar. *de sponsal. 1. p. c. 2. n. 2.* sed si malitia suppleret ætatem, posset præveniri hoc septennium, Gloss. *in c. juvenis, in ver. dubia, eo. tit.* Covar. *ibidem, n. 1. c. de illis, et secundo, de dispensat. impub. & hoc etiam ampliatur valere in matrimonio contrahendo per verba de præsentibus, Covar. 2. p. c. 5. num. 2. loco citato.*

Secundò, quando verò non dicatur quis proximus, ubertati, ad hoc, ut possit in matrimonium contrahere, arbitrium esse iudicis ait Covar. *ibid. num. 5.* ut si defecerint pubertati solum sex menses, *c. continebatur, de dispensat. impub. glo. in c. attestaciones, in ver. circa, eodem tit. & iudex potest ex aspectu pronunciare super ætate, cum hoc sit ei arbitrium, Grammat. dec. 48. n. 18.*

Tertio ex sponsalibus olim oriebatur impedimentum publicæ honestatis, usque ad quartum gradum, *c. sponsam, de sponsal. Syl. in ver. matrimonium, 8. n. 14. ver. quartum*, hodie tamen per Conc. Trident. *sess. 24. c. 3. de refor. matr.* reducitur usque ad primum, quando sponsalia essent valida, secus si nulla.

Quartò, sponsalia dicuntur invalida. Primò, quando quis contrahit sponsalia ante ætatem requisitam in illis. Secundò, habens votum solenne continentie. Tertio, quando sub conditione, si dissolverentur ante illam subsequutam, modò conditio non sit impossibilis, aut turpis. Quartò, quando contraherentur cum persona incerta. Quintò, quando deficeret consensus alterius. Sextò, si matrimonium esset contractum sub cõ-

ditione, si interim contrahatur, tamen purè cum alia, licèt sit consanguinea primæ, tenet secundum matrimonium, Sylvest. *in ver. matrimonium, 3. §. ... Et in ver. matrimonium, 8. §. 14. ver. 2.* Angel. *in ver. matrimonium imped. 14.* Septimò, non solum in sponsalibus nullis, sed in matrimonio nullo, nullum est impedimentum, quicquid dicat Staph. *de lit. grat. f. 134. n. 10. Nav. c. 27. n. 57.* Octavò, quando contrahitur à parentibus pro parte filiorum, si ve legitime ætatis sint, si ve non, nisi expressè, vel tacitè consentiant, vel nisi sint præsentibus; & non contradicant, vel absentes; & postquam eis innotuit, consenserint, Navar. *loc. cit. & Sot. 4. Sent. d. 41. q. unica, ar. 2. & Angel. loc. cit. n. 2.* Nonò, de sponsalibus, & matrimonio clandestine contractis nullum oritur impedimentum, quoad forum conscientie, Navar. *loc. cit. n. 58.*

Quintò, in sponsalia transit matrimonium contractum inter impuberes, vel ex altero impubere, & altero pubere, *c. unico, §. 1. de dispensat. impub. lib. 6. Covar. de sponsal. 1. p. c. 3. per totum.*

Sextò, sponsalia quibus modis dissolvantur, vide Covar. *1. p. c. 5. Sylv. ver. sponsalia, §. 19.*

SPORTULÆ.

SPORTULÆ, vide *in ver. trigesima.*

SENTENTIA.

PRIMò, tria esse genera sententiarum ait Maran. *6. p. tit. de sent. à num. 23. & infra, de quibus ibi videro, sed Abb. in Clem. 1. num. 2. de sequestr. fruct. & possess. dicit*

dicit melius, & hæc conferunt pro intellectu sac. Conc. Trid. *sess. 24. c. 20. de reform. & sess. 13. cap. 1. de reform.* vide Bald. in *Marg. Innoc. in ver. Sent. tria sunt, &c.*

Secundò, sententia interlocutoria potest revocari à iudice, qui eam tulit, *c. cum cessante, de appellat. & ibi gl.* & hoc non solum post decem dies, sed usque ad sententiam diffinitivam, *gl. in c. nostri, in ver. revocare, de ele. decis. Rotæ. 3. de offic. Vic. & ibi Addit. Sylv. ver. sententia, nu. 8. §. 6. Maran. 6. p. de sent. nu. 7. gl. in ca. si. de appell. libr. 6. juxta finem, hoc etiam valet in Tribunali, seu in causis inquisitionis seu Religiois, Direct. inquisit. 3. p. tit. de appel. & ibi Penga. Com. 31. Hoc tamen fallit primò, quando sententia interlocutoria fuerit confirmata per duas alias sententias, Maran. *ibid. n. 9.* Fallit 2. quando interlocutoria habet vim diffinitivam, Abb. in *d. c. cum cessante, col. 3. Capyc. dec. 1. n. 25. cætera vide in ver. appel.* Fallit in sententia interlocutoria habente vim diffinitivam, quia non potest recitari, ut interlocutoria: *Gem. in c. si. ver. ex prædictis possit, de elect. lib. 6.* si fuit lata super principali deducto, id est, quod erat principale petitum, & finitum iudicium; secus verò, si super incidenti, quia tunc licet respectu illius possit dici habere vim diffinitivam, tamen non quoad totam causam.*

Tertio, quando in antiquioribus præsumatur interfuisse sententia, sive decretum, sive auctoritas iudicis, vide in *ver. iudex, n. 17.*

Quarto, sententia in beneficialibus nunquam transit in rem iudicatam, quo-

ad præjudicium superioris, sed quoad præjudicium partium, *c. cum Bertoldus, de re iud. Abb. in c. 1. de concess. prob. & quot modis sententia non transeat in rem iudicatam, vide Marant. 6. p. tit. de sent. à num. 130. & infra. vide in ver. ius par. dubit. 4.*

Quinto, in sententia iudex potest sibi reservare diminutionem, declarationem, sive moderamen illius, *Covar. pract. q. c. 34. in si. Rebuff. pract. benef. in for. Vic. num. 136. Selya tract. de benef. 4. p. q. 7. num. 5.*

Sextò, sententia diffinitiva de jure non requirit subscriptionem iudicis, sed sufficit, quod in scriptis lata fuerit, & per iudicem lecta, *Caputaq. decis. 139. p. 3.*

Septimò, sententia in favorem reorum inquisitorum transit in rem iudicatam, *Bul. Pii V. 27. que incipit, Inter.*

Octavo, sententiæ duæ conformes in causis fabricæ S. Petri de Urbe faciunt rem iudicatam, *Pius V. Bul. 97.*

Nondò, sententia excommunicationis, suspensionis vel interdicti, non transit in rem iudicatam, quia etiam post mille annos potest retractari, *Addit. ad quest. 289. Cap. Tolos.*

Decimò, sententiarum trium conformium non retardatur executio, nisi causa nullitatis, sed nec tunc quando executio est retractabilis, vel calumniosa, *Cap. Tolos. quest. 430. & ibi. Addit. & melius copiose in quest. 54.* quando dicantur tres sententiæ conformes, vide *Covar. pract. q. c. 25. per totum*, quod locum habet etiam in tribus sententiis interlocutoriis conformibus, *gl. in Clem. 1. in ver. sententias, de re iud. Cov. loc. cit. n. 3.*

SEPUL-